



**Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri  
Vltraiectini**

**Canter, Dirk**

**Antverpiæ, M. D. LXXIIII.**

Arnobij locus emendatus, & antiqua lectio defensa. Cap. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70886](#)

antiquissimo & doctissimo, cuius haec sunt verba  
lib. I. Stromatum: Μέσας σφρύνων ἕδεις ἡγεῖσθ  
Πυθαγόρας παρανεῖ. τὰς σφίας αὐτοῖς μὴ μῆδο-  
διδόνων, ἀπατηλὸν δὲ τὸν ἀλλον διελέγχον  
ψυχαγωγίαν. Et Theodoretus libro octavo De cu-  
ratione Gracarum affectionum, sic inquit: Pytha-  
goram illum Samium, cuius apud vos est celebre  
nomen, dixisse aiunt, qui illius vitam memorie pro-  
diderunt, esse Musas Sirenibus preferendas. Ego  
autem, si mos illi fuisset explicito & manifesto ser-  
mone uti, quali videlicet complures Philosophi usi-  
sunt, affirmarem utique illum, ut idiotam homi-  
num, altiorisq. ullius rei minimè consciū, Musa-  
rum cantus ac vocem Sirenibus prætulisse. Quia  
vero sunt eius dicta gryphis enigmatisq. abstrusa,  
scopulorum modo, qui marinis fluctibus oscultatur  
per symbola enim sua ille monita proponebat, qua-  
lia videlicet ea sunt, Gladi ignem ne fodicato, né ve-  
modio insideto, né re caudatrum comedito: Stateram  
ne transfilto, & quæ sunt generis eiusdem) idcirco  
illum puto, comptos lepidosq. sermones, Sirenibus  
opinatum esse persimiles: Musis vero quæ nihil in-  
ducitii decoris, fuciq. præferentes, nudam veritatis  
formam ostendunt.

Arnobij locus emendatus, & antiqua lectio  
defensa.

## C A P . I I .

A R N O B I V S libro 6. inquit: Sub Apollinis  
arula que Telmessi apud oppidū visitur, Telmessum  
esse

esse conditum vatem, non scriptis constantibus indicatur Agesarchi? Ptolemaeus Philopator edidit primo, Cinyram regem Paphi cum omni sua, imo cum omni prosapia in Venetiis plositum esse, litterarum auctoritate declarat. hunc locum interpusuit & emendauit Sigmodius Gelenius. Ego hunc locum sic legendum interpretungendum puto: Sub Apollinis arula qui messi apud oppidum visitur, Telmessum esse cultum vatem non scriptis constantibus indicatur Agesarchi Ptolemaeus de Philopatore quem primo. Atque hanc meam lectionem comprobare exemplar Romanum, in quo sic scriptum habet sineulla distinctione, quod ibi non est nouum. Apollinis arula quae Telmessi apud oppidum visitatur esse conditum vatem non scriptis constantibus indicatur Agesarchi Ptolemaeo de Philopatore. Quare autem hic Gelenius pro Ptolemaeo de Philopatore, posuerit Ptolemaeus Philopator, rationem nullam video. Eo autem factio videtur in rase hunc Ptolemaeum scripsisse historiam de Philopatore, quod tamen ipsum vel unus abunde annus docere potuisse, qui multis in locis Ptolemaeo de Philopatore historiam in meditum adducit. tiquam lectionem iam retinendam esse, satis videor comprobasse: restat solum rationem distinctionis dare. Itaque hic Ptolemaeus ad differentias aliorum Ptolemaeorum (multi enim fuerunt Ptolemaei)

Auct. Bellorum  
Variae Lecti  
LIII

25

vocatus est Ptolemaeus Agesarchi F. Huius rei testes locupletissimos in medium adducam, inter quos non insimum locum obtinebit Athenaeus ille Hippo-sophistarum auctor, qui libra s. sic inquit: Πτολεμαῖος δὲ ὁ τὸν Αγυπτάρχην μεγαλοπολίτην φύσει, σε-  
νῆ διδύνει τὴν φύσιν τοῦ Φιλοπάτορος ισοσέων. item  
libro primo: πλίνης δὲ τὰς οἰνοχόες Πτολεμαίου τὰς  
βασιλεῖς, οὐκίλειν δὲ Φιλαδέλφειαν, μηνονθήτην Πτολεμαῖος δὲ ὁ τὸν Αγυπτάρχην, εἰ τὴν Είτην τὴν φύσιν Φιλο-  
πάτορος ισοσέλειν. item libro decimo tertio: Πτολεμαῖος δὲ ὁ τὸν Αγυπτάρχην εἰ τὰς φύσεις τοῦ Φιλοπάτο-  
ρος ισοσέλειν. Et quamvis hic vel solus ad probandum  
quod volumus sufficere posset, nolo tamen preterire  
insigne testimonium Clementis Alexandrini Theo-  
logi doctissimi, unde haec translulit Arnobius na-  
ster, qui sic in Protreptico ad Gentes inquit: οὐδὲ  
μή τὸν εἰ τελιμοσὸν βαρύδον τὸν Αὐτόλλωνος, δι-  
μηνια εἴναι καὶ τοῦτον Τελιμοσέως τὸν μάντεως ισο-  
σέων. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τὸν Αγυπτάρχην, εἰ τὰς φύ-  
σεις τοῦ Φιλοπάτορος, εἰ πάφω λέγει, εἰ τὰς τὰς  
φρεδίτης οὐρανού πανύραν καὶ τὰς πανύρες διπογόνες  
καννδεῦει. Quis iam adeò & scientis & corporis  
oculis orbus iudicetur ut neq. animaduertat, neq.  
cognoscet, hanc esse veram & genuinam huius loci  
lectionem, quam nos ē tenebris eruimus, quando-  
quidem ille iam dudum veram lectionem oblita-  
uerat? Quare magis est temperitatis quam pruden-  
tiae, auctorum loca ex ingenio velle restituere, &

E praci-

præcipue ea quæ spectant ad historiam. Tamen  
temeritatis hodie ventum est, ut muli omnia  
ingenio velint emendare, cum sèpissimè non intel-  
lagent metem auctoris, & antiquitatis sint impo-

## De furtis Homeri.

C A P . I I I .

Q V A N Q V A M H o m e r u s p o è t a r u m p r i-  
m u l t i s m a g n a s c r i b e n d i m a t e r i a m s u g g e s t , u  
m i n i s t r a u i t , i t o v t A e s c h y l u s f e r a t u r s o l i t u s d i c-  
T r a g æ d i a s j u a s e x i g u a s e s s e p a r t e s a m p l a r u s H o  
c e n a r u s : & p o s t e r i o m n e s , m e r i c o f u r e s n u c u p i-  
I p s e t a m e n H o m e r u s e o v i t i o i m m u n i s o m n i-  
f u i t , q u i n e t i a m m u l t a a b O r p h e o , M u s a o & s o-  
b u s , q u i i l l u é t a t e a n t e c e s s e r u n t , f u r a t u s i s t . Q u  
C u m h a c i t a s i n t , n o n p u t o m e o p e r a m l u s u r u  
r e i e x e m p l a q u e d a m , q u æ a p u d a n t i q u o s i n t u  
g e n d u m o b s e r u a n i , i n m e d i u m a t t u l e r o . I t a q  
r e m à c a p i t e η γ ω σ τ ερ ἀ φ' εγ' ιας a r c e s s a m u s ,  
m u m I l i a d i s v e r s u m ,

M lών ᾱ δε θεὰ πηλυίδεω A' χλῆνος.  
Iustinus philosophus simul & martyr in protropi  
ad Gentes eum ab Orpheo sumpsisse testatur, quod  
inquit:

M lών ᾱ δε θεὰ Δημήτερες ᾱ γλαυκήπου.  
Sed præstat integrum Iustini locum adscriben:  
ποιητὴς Ουνερες τῇ δη ποιησεως δη πολύμφρος εἰ-  
σια, καὶ τῇ εὐ αρχῇ δη πολυθεότης Ορφεως ζητεῖται.